

Quod autem accusato:<sup>57</sup> *Si ut optimam post primam rem publicam, non bene.* Simile est prioribus omnibus, non enim Plato rem publicam quam libris De legibus instituit optimam post primam vult esse, sed eam tertiam facit. Tres enim statuit, foelicissimam  
 5 in qua<sup>58</sup> *revera sunt communia omnia amicorum, quam libris illis 10.* formavit. Secundam vero:<sup>59</sup> [355] *Sed haerentes huic, quam maxime talem quaerere quantum possumus, ea vero quam nunc aggressi sumus, fuerit immortalitati vicinissima et quidem secunda<sup>xii</sup>, tertiam vero, si Deus voluerit, perficiamus.* Quare non est haec optima post primam,  
 10 sed tertia. Quod vero ait:<sup>60</sup> *In Legibus vero dictum est, quod oporteat componere optimam rem publicam ex democratia et tyrannide.* Dicimus nusquam horum librorum id dictum esse, neque ex his mixtam hanc esse rem publicam, sed mediam, non optimam rem publicam.

15 Sed βουλευτῶν αἴρεσιν, *consiliariorum electionem.* Est enim hic locus libro 6. in haec verba:<sup>61</sup> *Centum et octoginta eligentes ex singulo censu, dimidios horum sorte electos probare hosque esse anno consiliarios; electio ita facta medium habet monarchicae et democraticae rei publicae, cum semper oporteat mediare rem publicam.*

<sup>57</sup> εἰ δ' ὡς ἀρίστην μετὰ τὴν πρώτην πολιτείαν, οὐ καλῶς. ARIST. Pol. 1265b.31

<sup>58</sup> ὡς ὄντως ἐστὶ κοινὰ τὰ <τῶν> φίλων. [PLATO, Lg. 739.c.2 – 3]

<sup>59</sup> ἀλλ' ἐχομένους ταύτης τὴν ὅτι μάλιστα τοιαύτην ζητεῖν κατὰ δύναμιν. ἦν δὲ νῦν ἡμεῖς ἐπικεχειρήκαμεν, εἴη τε ἂν γενομένη {πως} ἀθανασίας ἐγγύτατα καὶ ἡ μία [μὲν] δευτέρως· τρίτην δὲ μετὰ ταῦτα, ἐὰν θεὸς ἐθέλη, διαπερανούμεθα. [PLATO, Lg. 739.e.2 – 5]

<sup>60</sup> ἐν δὲ τοῖς νόμοις εἴρηται τούτοις ὡς δεῖν συγκείσθαι τὴν ἀρίστην πολιτείαν ἐκ δημοκρατίας καὶ τυραννίδος. [ARIST. Pol. 1266a.1 – 3]

<sup>61</sup> ὀγδοήκοντα δὲ καὶ ἑκατὸν ἐκλέξαντας ἀφ' ἐκάστων [ἐκάστου] τῶν τιμημάτων, τοὺς ἡμίσεις τούτων ἀποκληρώσαντας δοκιμάσαι τούτους δ' εἶναι τὸν ἐνιαυτὸν βουλευτάς. Ἡ μὲν αἴρεσις οὕτω γιγνομένη μέσον ἂν ἔχοι μοναρχικῆς καὶ δημοκρατικῆς πολιτείας, ἥς [ὡς] ἀεὶ δεῖ μεσεύειν τὴν πολιτείαν. [PLATO, Lg. 756.e.5 – 10]

<sup>xii</sup> Corr. ex secundo